

## Band I., Nr. 256, Seite 321-322

*Stiftung des Klosters Ochsenhausen.*

Ohne Ortsangabe, 1100. Dezember 31.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter Hawinus et Adelbertus et Counradus per manum ducis Welfonis locum, qui vulgariter dictus est Ochsenhusen, id est ecclesiam unam cum quatuor<sup>a</sup> mansis dotatam, et unum molendinum unamque tabernam et VI mansos unamque silvam in eadem villa, id est Ochsenhusen, ad monasterium sancti Blasii, quod est in Nigra Silva, in proprietatem tradiderunt, qui locus situs est in pago Ramechgowe, in comitatu Hartmanni Bozze. Traditus est autem idem locus a praedictis viris ad praedictum monasterium in praesentia domni Uotonis abbatis, et Adelgozi advocati de sancto Blasio, coram multis testibus, cum omnibus appendiciis suis, id est utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis, exitibus et redditibus, agris acquisitis et acquirendis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, silvis et cum omnigena utilitate quae ullo modo inde provenire vel excogitari<sup>b</sup> potest, absque omni contradictione, cum perhenni proprietate<sup>c</sup>. Sed ego Uto, indignus abbas de sancto Blasio, fraterna compassione admonitus, et futurae utilitati providens, post aliquos<sup>d</sup> annos ad praedictum locum fratres nostros direxi ad instituendum dei servitium: monasterium in eodem loco fieri feci, ut semper ibi sit divinum servitium sub abbate de<sup>e</sup> sancto Blasio secundum ordinem nostrum, quem de Fructuaria habemus, et idem locus cum omnibus obediat<sup>f</sup> et subiaceat, sicut et Fructuariensi coenobio quaelibet suae cellae obediunt et subiacent. Hoc tamen notum sit omnibus ecclesiae filiis, quo tenore ego Uto, humilis abbas sancti Blasii congregationis<sup>g</sup>, cum consilio archiepiscopi Saltzburgensis Thiemonis, et episcopi Constantiensis Gebehardi, et vicedomni Heinrichi, et aliorum religiosorum<sup>h</sup> fratrum petitione, eumdem locum in divino servitio, et in proprietate praedictae ecclesiae

---

<sup>a</sup>Kopialbuch St. Blasien: *IIII.*

<sup>b</sup>Kopialbuch St. Blasien und Kopialbuch 1772 in Karlsruhe: *excogitare.*

<sup>c</sup>Kopialbuch St. Blasien: Nach *proprietate* folgt mit dunklerer Tinte leicht durchstrichen: *Hec autem donatio acta est anno ab incarnatione domini MC.*

<sup>d</sup>Kopialbuch 1772 in Karlsruhe: *aliquot.*

<sup>e</sup>Kopialbuch St. Blasien: *de* nach *abbate* steht über der Zeile.

<sup>f</sup>Kopialbuch St. Blasien und Kopialbuch 1772 in Karlsruhe: Zwischen *omnibus* und *obediat* ist einzufügen: *ad illum pertinentibus monasterio sancti Blasii semper in omnibus.*

<sup>g</sup>Kopialbuch St. Blasien: *congregationis Sancti Blasii.*

<sup>h</sup>Kopialbuch St. Blasien: *religiosorum* über der Zeile nachgetragen.

## II

sancti Blasii semper inviolabilem perseverare ad laudem omnipotentis dei decrevi. Primum ut nulli abbatum sive potentum de rebus ad Ochsenhusen pertinentibus aliquid inde abalienare, vel subtrahere liceat in beneficia. Secundo ut alius nullo modo ibi sit prior, nisi quem abbas de sancto Blasio praesesse voluerit. Tertio ut nullus ibi advocatus sit, nisi quem praedictus abbas constituerit. Ille autem advocatus tamdiu in illa advocacione sit, quamdiu abbas eum utilem iudicaverit. Alius autem minor<sup>i</sup> qui vulgo subadvocatus dicitur, nullus ibi habeatur. Prior autem de his qui ad conversionem venire volunt, sive ille sit monachus, sive clericus vel laicus, nullum admittat in consortium fratrum, nisi cum voluntate et concessione abbatis de sancto Blasio. Omnia maiora negotia in mutandis locis<sup>j</sup>, in transferendis eiusdem loci beneficiis, et caetera huiusmodi pendeant in arbitrio abbatis de sancto Blasio. Insuper constituimus, ut deinceps in monasterio sancti Blasii semel in anno agatur memoria omnium illorum cum officio pro defunctis, qui praedictum locum tradiderunt ad idem monasterium, et prior de Ochsenhusen ipsa die praesens sit, et faciat caritatem fratribus secundum quod illi abbas constituerit. <br> Scripta est haec charta confirmationis anno MC.<sup>k</sup>, II. kalendas Ianuarii<sup>l</sup>, ex petitione domni Utonis abbatis de sancto Blasio, hoc confirmante et in Christo roborante archiepiscopo Salzburgensi et episcopo Constantiensi, ut praedictus locus, id est Ochsenhusen, deinceps in servitio dei sub potestate monasterii sancti Blasii, ut praedictum est, perpetuo iure permaneat. Isti sunt testes huius traditionis: Hartmannus comes de Geroshusen. Manegoldus comes et filius eius Wolferadus de Isinun et de Altshusen. Hartmannus comes<sup>l</sup> et frater eius Otto de Chilchberg<sup>2</sup>. Liutfridus et Manegoldus de Billenhusen. Henricus de Baldisheim<sup>3</sup>. Reginhardus de Ursinun<sup>4</sup>. Ocoz. Reginboto de Heigernbouch<sup>m5</sup>. Adelgoz de Luzelunburg<sup>6</sup>. Ripertus et Wolfregel de Lovbon. Hatto de Ochsenhusen. Hartnit de Stevensriet.

---

<sup>i</sup>Kopialbuch 1772 in Karlsruhe: Fehlt *minor*.

<sup>j</sup>Kopialbuch 1772 in Karlsruhe: *in mutandis locis negotia*.

<sup>k</sup>Kopialbuch St. Blasien: Nach *MC* über der Zeile von gleicher Hand *VII* radiert.

<sup>l</sup>Kopialbuch 1772 in Karlsruhe: Nach *Hartmannus* fehlt *comes*.

<sup>m</sup>Kopialbuch 1772 in Karlsruhe: *Ocotz et Regenboto de Heigernbuch*.

<sup>1</sup>Die Stiftung des Klosters Ochsenhausen fällt, angenommen, dass der Jahresanfang von Christtag und nicht von Ostern an berechnet worden ist, noch auf den letzten Tag des Jahres 1099.

<sup>2</sup>Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL.

<sup>3</sup>Ober- bzw. Unterbalzheim, Balzheim, UL.

<sup>4</sup>Irsee, OAL.

<sup>5</sup>Hagenbuch, Biberach an der Riß, BC, oder Haigerloch, Haigerloch, BL.

<sup>6</sup>*Luzelunburg*, ein möglicherweise bei Durach, Durach, OA, abgegangener Ort.

### III

Der Textabdruck erfolgt nach MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], Bd. 3, S. 38, Nr. 27.<br> <br> HANS HIRSCH: Studien über die Privilegien süddeutscher Klöster im 11. und 12. Jahrhundert. In: *MIÖG Erg.bd. 7* (1907), S. 471-612. , S. 558 ff., bespricht die vorliegende Stiftungsurkunde und teilt dazu aus der Abschriftensammlung Herrgotts in St. Paul eine Traditionsnotiz über die Bestätigung der Stiftungsdodation durch den Kardinallegaten Theodewin (nach einer Kopie im Hauptstaatsarchiv Stuttgart) und eine Ausfertigung dieser Bestätigung mit einem abweichenden Text der Stiftungsurkunde nach dem Kopialbuch von St. Blasien aus dem 14. Jahrhunderts (S. 60) mit, die sich ebenfalls in St. Paul befand. Die bedeutenderen textkritischen Unterschiede, die sich aus einem Vergleich zwischen der Stiftungsurkunde und dem Text im Kopialbuch ergaben, sind in den Anmerkungen nachgewiesen. Nach Hirschs Ausführungen ist es nicht ausgeschlossen, dass die Stiftungsurkunde später, als sie angibt, auf Grund einer Tradition angefertigt worden ist. Der Beweis kann jedoch auf Grund des fehlenden Originals nicht zu Ende geführt werden.<br> <br> Der Stuttgarter Text der Traditionsnotiz, der *ex libro rubro*, fol. 4, im 17. Jahrhundert abgeschrieben ist, stimmt mit dem von Lünig abgedruckten Text überein, dessen Authentizität HANS HIRSCH: Studien über die Privilegien süddeutscher Klöster im 11. und 12. Jahrhundert. In: *MIÖG Erg.bd. 7* (1907), S. 471-612. , bezweifelt. Nach Hirsch ist die Bestätigung der Schenkung durch Theodewin zwischen 1135 und 1141 anzusetzen.<br> <br> Das Kopialbuch 1772 zu Karlsruhe enthält eine Abschrift der Urkunde aus dem 16. Jahrhundert, die ebenfalls einzelne Abweichungen zeigt. Auch sie sind, sofern sie bedeutendere textkritische Unterschiede betreffen, in den Anmerkungen nachgewiesen.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

GLA Karlsruhe (A); Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten (B)

### Signatur/Titel des Originals:

A: Kopialbuch Nr. 1772; B: Kopialbuch des Klosters St. Blasien, S. 60-61

### Überlieferung und Textkritik:

Das Original ist verschollen. Es existieren je eine Abschrift im GLA Karlsruhe (A) und im Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten (B).

### Editionen:

MARTIN GERBERT: *Historia Nigrae Silvae ordinis Sancti Benedicti coloniae*, 3 Bde., Sankt Blasien 1783-1788. [Neuaufgabe unter dem Titel: *Geschichte des Schwarzwaldes*, aus dem lat. Originaltext übersetzt von Adalbert Weh, 2 Bde., Freiburg i.Br. 1993-96], Bd. 3, S. 38, Nr. 27. Lünig: *Reichsarchiv*, Bd. 18, S. 365 (Auszug).

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

### Ortsindex:

Altshausen Wohnplatz (18642) <br> Altshausen, RV <br> Bühlenhausen Wohnplatz (16711) <br> Bühlenhausen, Berghülen, UL <br> Gerhausen Wohnplatz (16724) <br> Gerhausen, Blaubeuren, UL <br> Hagenbuch Wohnplatz (17120) <br> Hagenbuch, Biberach an der Riß, BC <br> Haigerloch Wohnplatz (16384) <br> Haigerloch, BL <br> Irsee, OAL <br> Isny im Allgäu Wohnplatz (19528) <br> Isny im Allgäu, RV <br> Konstanz Wohnplatz (14442) <br> Konstanz, KN <br> Lauben Wohnplatz (19884) <br> Lauben, Leutkirch im Allgäu, RV <br> Luzelunburg <br> Oberbalzheim Wohnplatz (17010) <br> Oberbalzheim, Balzheim, UL <br> Oberkirchberg Wohnplatz (16990) <br> Oberkirchberg, Illerkirchberg, UL <br> Ochsenhausen Wohnplatz (17448) <br> Ochsenhausen, BC <br> Rammagau <br> Salzburg, Österreich <br>

St. Blasien Wohnplatz (15605)<br> St. Blasien, WT<br> Stephans-  
ried, Ottobeuren, MN<br> Unterbalzheim Wohnplatz (17011)<br>  
Unterbalzheim, Balzheim, UL